



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Admonet periculi inuisentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

*In Valetu-
dinarium
concedit.*

*Lectulo de-
ponitur.*

*Admonet
periculi in-
uisentes.*

prauum vultus colorem, ecquì haberet, mor-
bum aperuit; iussusq; à Patre ad Valetudina-
rium se conferre, honore submissè, vt solebat,
habito, paruit; eumq; agrorum Curator le-
ctulo ad quiescendum imposuit. Tribus post
horis ad eum visendum iuit Rector, febrif-
que remissione animaduersâ, exutum de-
poni lectulo iussit. Sabbato igitur, horâ cir-
citer 22. & mediâ in lectulum concessit. Ro-
gante agrorum Administro, quid factò opus;
alacriter ille: In manibus Domini sumus,
quidquid illi placitum, prompti & facere &
pati. Superuenit id temporis Philosophiæ
Professor, & Ioannes solitâ oris vocisq; hi-
laritate memoriam illi versiculi illius refrica-
uit: *Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quan-
do tempus sit*; sperans haud longè abesse tem-
pus. Noctem inquietam duxit. Dominico
manè Synaxi sacrâ, vt Valetudinarij est vsus,
reficitur; cælestemq; illum panem affectu
religio-neq; magnâ sumpsit, volens erepere
lectulo, & in solum se prouoluere; sed veritus,
nec nisi super lecto genua curuare permissus.
A sumptâ Eucharistiâ, in aduentum Medici
conquieuit. Medicus subleuatum censuit. Ille
solitâ tranquillitate, alacriter diem reliquum
cum alloquentibus pio sermone triuit.

Quoniam verò per eos dies, cauendo
contagionis periculo, admoniti erant qui
agros

ægros viserent, interuallo ab ijs iusto abesse;
Ioannes vtrò eius cautionis aduentantes
monebat, ne nimum sibi propinquarent.

Vesperis crescere denuò morbus cœpit; tota

*Morbus in-
gravescit.*

que nocte adeò Iuuenem fatigauit, vt quietis
nihil caperet. Die Lunæ proximo Medicus
ei medicinam adhibuit; quam ille impigrè
hausit, conuersusque ad Sacerdotem adstan-
tem ciuem suum, precatus eum est, vt vulga-
rem benè precandi formulam, à prandio
cœnaque dici consuetam, recitaret: reliquum
deinde diem per summam inquietem egit;
horaque certâ de integro noua febris inuasit.

Sub noctem quæsiuit ab ægrorum Curato-
re, an, quia sequens dies S. Laurentio festus
erat, non esset Angelico se pane recreaturus.

Cui cum respondisset Curator, ægris deferri
Eucharistiam extra Dominicos dies non so-
lere, curaturum tamen si ipse cuperet; Non,

*Valetudi-
narij mori-
bus paret.*

inquit, mi frater, ne quælo te commoueat
quid ego expetam, sed faciamus quod solent

ceteri, & Synaxi abstinuit. Animaduertit
Ioannes, è morbo suo grauem cubiculo con-
ciliari odorem; & vt naturâ erat munditiei

nitiorisque amans, ac seruans decori, rogauit
administrum, vti vel incommodo suo prouideret,
ne quid fastidij caperent qui tantâ ad

se charitate viserent. Huc vsque morbus
(Medici iudicio) periculo caruit; etiamsi pul-
monum